Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320817

12

THESES
JURIDICAE INAUGURALES.

1901102

12

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

BARTH. JAC. LINTELO DE GEER,

LITT. HUM. DOCT. PHIL. THEOR. MAG. JUR. UTRIUSQUE DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO AC HODIERNO

HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

EDUARDUS DE RAS,

Haganus.

A. D. XXII M. MARTII ANNI MDCCCL, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. VAN BOEKHOVEN.

MDCCCL.

THESES

I.

In l. 17. § 1. D. de praescript. verb. legendum: si quidem ego te *venditionem* rogavi.

II.

Lex 7 § 2. D. depositi conciliari potest cum lege 24 § 2. de rebus auct. jud. poss.

III.

Actio quae tendit ad recidendas arbores quas vicinus in suo fundo, nulla habita ratione art. 713 C. C. plantavit, non est in rem sed personalis.

IV.

Art. 748 C. C. peraeque spectat servitutes conspicuas et non continuas atque servitutes conspicuas et continuas simul.

V.

Non potest adquiri servitus continua in fundo cujus dominium praescriptione adquiri nequit.

VI.

Vocabulum *Stoffering* quod habetur in art. 1188 C. C. non explicandum est eodem modo, quo idem vocabulum occurrens in art. 573 C. C.

VII.

Inscriptionis hypothecariae deletio exigi potest, exhibito ipso instrumento authentico, quo illa ab hypothecario creditore permittitur.

VIII.

Non possumus simul exigere Executionem et Dissolutionem contractus.

IX.

Ad dissolvendam conventionem non necesse est, ut debitor in mora constituatur, sufficit ut obligationi non satisfecerit.

X.

In cessione obligationis Cessionarius usuras cedenti praestandas petere potest.

XI.

Recte Legislator Neerlandicus abolevit Cessionem juris vel actionis litigiosae.

XII.

In legali subrogatione cedens nullam evictionem (*vrijwaring*) praestare debet.

XIII.

Instrumenta privata contra contrahentes quosdam tantummodo vim habent in iis casibus, quos legislator expresse statuit.

XIV.

Jusjurandum decisorium conditionaliter deferri non potest.

1901106

XV.

Quando litterae cambiales protestantur, et praesentans (*houder*) ob deficientem solutionem unum ex endossantibus in jus vocat, hic deferre ipsi impositam praestationem non potest, donec trassantem de evictione ipse convenerit.

XVI.

Liberi mercatorii (*koopmans boeken*) peregrè conscripti a Judice Neerlandico non tamquam argumentum probationis accipi possunt.

XVII.

Universitas qua talis delinquere nequit.

XVIII.

Art. 380 C. P. complectitur etiam liberos naturales.

XIX.

Art. 230 C. P. comprobari non potest, collatus cum art. 311.

XX.

Art. 463 C. P. etiam tum applicari potest, quum agitur de criminis vel delicti repetiti reo.